

Exod. 17.

priam rem, quam etiam vt iniuriam in alterum illatam puniret, tamen cum populus esset commotus contra Moysem, vel pro penuria aquarum; vt vellet eum quasi lapidare. Exod. 17. num. 4. vel pro seditione Core Num. 16. num. 1. pro se, qui erat totius populi caput, ac dux, non agit, nec de poena sumenda cogitat, sed totum negotium diuino iudicio committit. Ne ministerium iuste correptionis in arma vertatur furoris.

78. Cyrill.

Quartò. D. Cyrillus lib. 6. in Ioan. cap. 9. A veris etiam contumeliis se Dominus temperauit, & mansuere vni ei obieclum negauit, dicens: Ego demonium non habeo, hac dulci verborum mansuetudine eos ad lenitatem animi reducere curans. Grauem, ac falsam iniuriam illatam habuit Dominus à suis inimicis, quam verè in eos retorquere poterat, verè enim de eis dixisset, quod dæmonio erant pleni, tamen Dominus patienter sustinet, multa mansuetudine respondet; nam vt ait Sapiens Proverb. 15. num. 1. Responso mollis. Septuaginta. submissa; Tigurina. Mitis frangit iram, sermo durus suscitatur furorem. Ecclesiast. 6. num. 5. Verbum dulce; Syriacus: suauem multiplicat amicos, & mitigat inimicos. Pulchre quadam similitudine rem explicat D. Chrysof. homil. 3. de Dauide, & Saule. Sicut, ait, si infles in scintillam ignis, excitas incendium; si inspuis, extinguis: Idem sit in inimicitia proximi: si inflatos, ac vecordes ingeras sermones, excitas ignem; si mitis, ac moderatos, iram omnino extingueris.

Sermo lenis mitigat inimicos.

Tigurina.

Ecclesiast. 6. Syriacus. Chrysof.

79.

Quintò. Audita tanta blasphemia, tanta mansuetudine respondet Christus. Ego demonium non habeo. Cum se gloriantur, ac iactant, quod filij Abrahæ sint, acerbè à Christo obiurgantur. Vos ex patre diabolo estis. vers. 44. vt iam notauit ad initium questionis. Et modo inflata tanta blasphemia, tam lenem se exhiberi facilius dissimulat Dominus hominem perperam de sua diuinitate sentientem, quam elatum, & superbum multum de se presumentem; cum proteruè de Christo Iudæi asseruissent eum dæmonium habere, in multa patientia sustinuit, at verò cum inflata mente feruntur, supra id, quod erant, non dissimulat Dominus, sed acriter ac seuerè in eos inuehitur.

Iniuria sustinetur, non dero superbus.

80.

Math. 27.

Cum adiuisset Caiphas Christi verba circa suam diuinitatem, ac potestatem. Scidit vestimenta sua dicens: blasphemauit. Math. 26. num. 65. tantam contumeliam irrogatam, multa patientia tolerat, & nullum dat responsum; postea verò cum tacente Domino Pilatus ei dixisset. Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te, Ioan. 19. num. 10. statim ac indilare Christus responderet: Non haberes potestatem aduersus me ullam, nisi tibi datum esset desuper. Quid est quod cum de blasphemia arguitur meus Iesus taceret; at auditis Pilati verbis festinanter responderet. Durius accepit Iesus iactantiam Pilati, qua se gloriabatur de potestate, quam non habebat, circa eius vitam, & necem, quam quod Pontifex tam sinistrum iudicium de sua persona, ac loquela proferret, & ideo si silentium præstat, eum blasphemus iudicatur, respondet tamen, cum auderet Pilatus iudicis dignitatem, cuius erat expertus, vsurpare. Euthym.

Ioan. 19.

Intolerabilis superbia supra suam dignitatem, ac potestatem iudicat.

Euthym.

Respondit Iesus, ait, Pilatus, scitum obiurgant, qui illi ob potestatem accrescebat. *

QUESTIO XIV.

Quare Christus Dominus præterit iniuriam illatam, cum Samaritanus vocatur, & ad illam non respondet?

81. V o pro magna contumelia obiecerunt Iudæi Christo Domino, quod nempe esset Samaritanus, & dæmonium haberet; primum tacitum præterit, ad secundum responderet, cum tamen quoddam Samaritanus nuncuparetur, grauissima erat iniuria, & ideo fortasse eam primo loco protulerunt, nam Samaritanus idem erat, quod homo pessimus, hæreticus, ac schismaticus, & homo malus peior dæmone, & ex grauitate conuictij prius dicunt Samaritanum; deinde dæmonium habere; quare ergo dissimulat Christus nomen Samaritani, & ad illud non responderet?

81.

Homo malus peior dæmonis

Respondetur primò iuxta D. Chrysof. D. Augustin. Leont. Bedam, Theophylact. Rupertum, D. Bonau. qui dicunt, quod Christus negauit se dæmonium habere, non autem esse Samaritanum, quia hoc erat propria contumelia in se inflata, quam magna patientia dissimulauit, id autem quod spectabat ad Dei honorem defendit, quod scilicet ipse dæmonium non haberet, & Dei honorem sibi vsurparet, vt Lucifer intentauit, & ideo ait: honorifico Patrem meum, ad cuius honorem omnia mea refero: & ideo subdit versu sequenti. Ego autem non quero gloriam meam. De quo superiori quaestione dixi.

82.

Chrysof. August. Leont. Beda. Teophyl. Rupert. Bonau.

Secundò. Origines homil. 25. D. Thomas, Quia Iudæi, ait, semper volebant se à Gentibus separare. Iam autem venerat tempus, quod remouenda erat distinctio Gentilium, & Iudeorum, & omnes ad viam salutis reuocandi, & ideo Dominus, vt ostendat se venisse pro salute omnium, vt magis quam Paulus omnes nati ciscatur. 1. Corinth. 9. num. 20. ideo non negauit se esse Samaritanum, qui pro omnibus venerat; omnes ad vnum ouile absque distinctione vocabat, vt omnibus etiam sine distinctione Iudæis, & Græcis dona sua impertiretur.

83.

Origines. D. Thomas.

1. Corinth. 9.

Tertiò. D. Gregor. homil. 18. Samaritanus, inquit, interpretatur custos, & ipse vera ceter custos est, de quo Psalmista ait; nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilat, qui custodiam eam; & cui per Isaiam dicitur; custos quid de nocte? Respondere noluit Dominus; Samaritanus non sum: sed ego demonium non habeo. Duo quippe ei illata fuerunt: vnum negauit, aliud tacendo non sensit. Custos namque est humani generis; & si Samaritanum se non esse diceret, esse se custodem negaret. Quod etiam docent D. August. tract. 43. in Ioan. Beda, Haymon, iuxta hanc Patrum mentem, & Iudeorum intentionem Samaritanus duo significata importabat; Vnum honorificum, alterum ignominiosum. Honorificum denotabat custodem, & defensorem, vt Patres dicunt; ignominiosum innuebat hominem hæreticum, & schismaticum, quo sensu Iudæi Christum Samaritanum appellabant. Christus eximia prudentia, verbum ambiguum ignominiose ab aduersariis iactatum, in meliorem partem interpretatus est, vt altius suo honori atenderet, iniuriam dissimularet, ac vlciscendæ calumniæ occasionem euitaret.

84.

Gregor.

August. Beda. Haymon.

Prudens iniuriam in bonam partem interpretatur

Quartò. Hugo. Dominus, ait, non negauit se esse Samaritanum, quia omnes bene sciebant, quia Iudæis

85.

Hugo.

datis

Ioan. 1. Ioan. 7. In manifestis refutandis non immorandis.

86. Hugo.

Math. 11. Homo despicendus. Tolert.

87.

Luc. 17. Quod elegisti non est reprobandum.

88. Caietan.

Beno cumuni consulendum.

89.

1. Reg. 25.

Theodor.

dans erat, nec de hoc dubitabant. Omnes agnoverant Christum esse Galilæum è Nazareth; qui reputabatur filius Ioseph. Ioan. 1. num. 45. Ioan. 7. n. 12. Etiam moribus, ac doctrina contrarius erat Samaritanis; vt dixi supra hoc cap. q. 11. cum ergo illa contumelia esset tam euidenter falsa contra illud, quod erat omnibus notum, idèd fuit contemnenda, & in illius refutatione non fuit immorandum, hæc & prima ratio genuinæ videntur.

Quintò. Idem Hugo. Non reputauit, ait, Christus Dominus hoc opprobrium, nec negauit, ne significare videretur, quod ipsi essent despiciendi, sicut Iudæi putabant. Neminem enim despicit Christus, qui dicit: Non veni vocare iustos, sed peccatores, Matth. 11. Sextò. Tolertus in Commentario, quòd Christus non negauit apertis verbis se esse Samaritanum, quia illi talem eum appellabant non patria, sed moribus, & quia Samaritanus Deum non honorat moribus, sed contradicit; idèd hanc calumniam excludens ait, honoro patrem meum, quod Samaritanus non facit.

Septimò. Laudauerat olim Christus Dominus Samaritanos, quia non est inuentus, qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi vnus Samaritanus, Luc. 17. num. 16. Noluit Dominus huic asserioni contradicere, cum se esse Samaritanum negaret, quod magnam nobis ingerit instructionem, illud enim, quod semel approbando admisisse indecens est, vt reprobando excludas; hoc enim in electione voluntatis multam indicat varietatem; & in iudicio intellectus magnam dicit inconstantiam.

Octauò. Caietanus: Respondit Iesus, ait, non ad contumeliam propriam, qua appellatus est Samaritanus: sed qua dictum est, dæmonium habes. Hæc enim directe tollebat fidem credentium, tollebat veritatem doctrine, nocebat populo. Quòd Christus Samaritanus diceretur, videbatur quædam particularis iniuria contra Christum, non verò aduersus totius orbis communi bonum; nam vt Christus Dominus tanquam filius Dei ab omnibus adoraretur, parum ad hoc referebat, quòd in Iudæa, vel Samaria esset natus, si ita à Patre fuisset dispositum; hoc autem quòd dæmonium habet, omnimodè auctoritati personæ, ac doctrinæ repugnabat, ne tanquam verus Deus haberetur, ac crederetur; quòd maximè in omnium perniciem vertebatur; Christus autem Dominus, vt verus Magister, priuatam contumeliam contra se dissimulat; ad illud verò, quod communi bono, ac vniuersali saluti obfistebat, indilate, ac efficaciter respondit, & soluit: Ego dæmonium non habeo, sed honorifico Patrem meum.

Cum David cum suis militibus pergeret per desertum missis nuntiis expostulauit à Nabal aliquam alimoniam tam sibi quam suis. Quodcumque inuenit manus tua da seruis tuis. Audita tam urbana legatione, valde atrociter, ac acerbè respondit Nabal: Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. Quod fuit acris, & dura contumelia in Dauidem, ac suos, ac si diceret, hodie multiplicantur serui fugitiui, vt domino suo se opponant; quod cum accepisset Dauid, ait pueris suis: Accingatur vnusquisque gladio suo: & accincti sunt singuli gladijs suis, 1. Regum cap. 25. num. 13. sicque se præparant omnes, vt Nabal, ac domum eius in frustra cadant. Pulchrum dubium hîc excitat Theodoretus quæst. 57. Quam Sylueira in Euang. Tom. IV.

obrem is, qui in Saullem tantam ostendit lenitatem, & patientiam, Nabalem tentauit occidere? Toto conatu Saul graui persecutione infectabatur Dauid ad eum interficiendum, & tamen Dauid, cum bis eum haberet in manibus, vt cum occideret tam in spelunca, quam in tentorio ipso rege dormiente, nil mali in eum est operatus, & cum multa reuerentia ei loquebatur appellans Dominum & Regem, 1. Regum 24. num. 13. & 26. n. 18. Saul multis peculiaribus iniurijs Dauidem persecutus est, appellabat eum filium Isai; motuque illi machinatus est, quæ omnia contra Dauidis personam militabant. At verò Nabal non solum contumeliam irrogauit in Dauidem, sed etiam in eius socios. Hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. Quandiu iniuria peculiaris extitit, eam patienter sustinuit Dauid, at cum milites suos læsit, eorumque commune bonum, ac auctoritatem offendit, iam eam non valuit dissimulare Dauid, sed stricto ensè ad vindictam processit. Abulens, quæst. 5. Dauid, ait, motus fuit ad vltionem contra Nabal principaliter, quia exprobrauerat ei, & seruis suis.

3. Reg. 24.

Est iniuria particularis dissimulanda sit, non verò qua bonum commune offendet. Abulens.

90.

Iniquus, & peruersus rex erat Saul, omni nixu omnia moliebatur, vt Dauidem manibus teneret, ac interficeret, vt eius occubitu regnum in se, ac filio suo, suaque progenie stabliliret, successu euenit, vt in deserto Maon Saul cum exercitu suo Dauidem circumcingeret, vt iam iam ab eo capiendus esset, Dauid desperabat se posse euadere a facie Saul. Et cum hæc ita essent. Nuntius venit ad Saul dicens: Festina, & veni, quoniam insuderunt se Philistin super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, 1. Regum 23. num. 27. Saul vehementissimè optabat apprehendere, ac tenere Dauid. Cur saltem pro breui tempore non immoratur, vt ipsum capiat, & ad firmandum regnum; vt ipse sibi persuadebat in filio, ac progenie sua? Cur ex re tam expedita sic desistit Saul? etiam si ambitio regni, & odium in Dauidem vehementer stimulare Saul ad mortem illi inferendam: tamen communis boni conseruatio sic feruescebat in corde regis, vt ne pro breui tempore respublica aliquod graue damnum ab inimicis illatum pateretur, idèd omni ambitione ac odio postposito, vt suis consulere à Dauidis persecutione desistit, & contra aduersarios proficiscitur. Abulens, quæst. 34. Saul, ait, habuit rationem omittendi captionem Dauid, vt consulere respublica. Et postea subdit: Ne inimici se extenderent super omnem partem terra, & cito possent facere aliqua tam graua damna, quod postea illis occurrere non posset. Quamuis iniquus Saul plus consulit suis, suoque regno, quam sibi.

1. Reg. 23.

Pro bono communi omnia contemnenda.

Abulens.

Ioan. 8. n. 50. Ego autem non quero gloriam meam: est qui quærat, & iudicet.

Num. 5. 1. Amen, amen dico vobis: Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternum.

VERSIONES.

Varabl. n. 50. Est qui quærit, & iudicat. Arias. Est quærens, & iudicans.

EE Syriacum

Syriac. n. 51. Quicumque sermonem meum custodierit.

EXPOSITIO V.

91. Go autem non quero gloriam meam. Confirmit magis Dominus id, quod supra dixerat: Honorifico Patrem meum. Modò subdit: Non quero gloriam meam. ut explicat Leon- tius, ita vt usurpem diuinum honorem, vt vos existimatis, cum me demonium habere dicitis. Aliter explicat D. Chrysof. Theophylact. Euthym. Non quero gloriam meam. Euthymi vindictam contumeliam meam; sicque explicat, non vindico iniuriam istam, quam in me facitis, quia non quero gloriam meam. Qui enim propriam gloriam querit, de vindicta cogitat, qui autem gloriam suam contemnit, is vindictam omittit. Est qui querat, & iudicet. Patrem suum intelligit, ad quem, vt ait Euthym. Filij ignominia transire cernitur. Ipsum nomen patris non exprimit, ad illius venerationem attendens, ne Iudaei, utpote multorum criminum rei contra suum iudicem obmurmurent, & loquantur; est qui querat & iudicet, est ego nihil faciam hominum gloriam, est tamen Pater, qui multum de ea agit, multumque eam ab hominibus requirit; vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem, Ioan. 5. n. 23.

92. Amen, amen dico vobis. Vindicta suarum contumeliarum Deo relicta, ad doctrinam redit, Caietan. Laceratus iniuria, inquit, non desistit à predicatione, proponendo ea, quae erant salutis humani generis. Nulla iniuria, nulla causa Christus desistit à suo munere, nostraeque salute consulenda, & docet etiam nos, vt ait D. Gregorius homil. 18. in Euangel. propter impiorum peruersitatem diuini Verbi predicationem non esse deserendam. Si quis, quicumque ille sit, cuiusvis aetatis, vel generis, sermonem meum seruauerit: credens, ac obediens meis mandatis. D. Chrysof. Hic non modo fides intelligenda est, sed & vita etiam puritas. Quod etiam notarunt Ammonius, Euthym. Mortem non videbit, id est, non experietur, ac sentiet, in aeternum: qui enim seruat Dei mandata, non morietur aeterna morte, nec animae, nec corporis. Non animae; nam licet ipsa sit immortalis, illius mors spiritualis est peccatum. Qui autem adimplet Dei mandata degit absque peccato, in Dei gratia. Nec etiam mortem corporis videbit aeternam, mors corporis temporaria est, tamen ambulans in lege Domini suscitatur in extremo die ad vitam aeternam in omni beatitudinis felicitate.

QUESTIO XV.

Quare cum Christus assereret se gloriam suam non querere, addidit tamen, est qui querat, & iudicet.

93. In limine huius quaestionis venit illa celebris difficultas, quomodo haec verba; Ego non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet: cohareant cum illo quod dicitur Ioan. 5. n. 22. Pater non iudicat quengquam, sed omne iudicium dedit Filio. Vbi sermo est de ultimo, ac vniuersali iudicio, vt latius cum multis aliis explicationibus dixi tom. 3. cap. 2. quaest. 6. vide ibi dicta. Ad quaestionem propositam

Respondeo, quòd cum saepe multa iniuriarum patientia, ac facilis venia det occasionem, vt auctoritas magni viri contemnatur, ac vt eam laedere quisquam non vereatur. Locuta est Maria, & Aaron contra Moysen, Num. 12. num. 1. Et atimque subiungitur. Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines, qui morabantur in terra. Ad quid post obmurmurationem fratrum haec adiunguntur, nisi vt veluti insinuetur ratio cur contra illum conspirare non dubitauerint: Abulca. Si sci- rent, ait, illum tam mitem non esse, non auderent murmurare, imentes vicissitudinem. Cum ergo Christus Dominus dixisset se gloriam suam non querere, vindictam suarum iniuriarum non sumere, ne tanta eius lenitate homines anam attriperent ad suam temeritatem, ad multas contumelias in eum inferendas. Addit, est, qui querat, & iudicet, vt praeposito iudicio, ac supplicio Iudaeorum petulantiam coerceret. Theophyl. Quamuis ego, ait, me ipsum non vindico, sed quam iniuria afficior, sustineo: ne existimetis multam fore iniuriam haec: est enim Pater, qui me oleiscatur.

Pro magis hac te explicanda. Expende quod ait Christus: Ego non quero gloriam meam, est qui querat, & iudicet. Et tamen dicitur Ioan. 5. n. 22. Pater omne iudicium dedit Filio. Cum ergo omne iudicium sit datum Filio, cur ipse non iudicat, sed hoc Patri remittit? Eleganter D. Gregorius homil. 18. in Euangel. Illius contumelias, ait, Patris iudicio reseruat, vt nobis insinuet, quantum nos esse patientes debemus, dum se adhuc oleisci non vult, & ipse, qui iudicat. Poterat Iesus omnium iudex iniurias in se illatas vindicare; ad hoc enim in eo dabatur potestas, & etiam puniendi ratio interuenerat, ab hoc tamen abstinet, vt suo exemplo praefectos, ac vniuersos informet, quòd si aliquando à subdito, vel ab aliquo pungantur, patienter sustineant, & non intentent iniuriam iniuria retaliandam esse, ait Seneca lib. 2. de Ira, cap. 34. Puffilli hominis & miseri est, repetere mordentem: mures, & formica si manum admoueris, ora conuertunt: imbecillia se laedi putant, si tangantur.

Cum Israel incederet per desertum, occurrit ei Amalech, qui magnis calamitatibus illum affecit, extremos agminis, qui lassii erant, occidit. Deuter. 25. num. 17. Mandat Deus Moysi. Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Iosue, Exod. 17. num. 14. Valde mirum quod multa alia magalia non mandat Deus scribere, & tamen bellum commotum ab Amalech disponit, vt in monumentum scripturae tradatur ad vindictam de tantis iniuriis lumendam. Delebo enim memoriam Amalech sub caelo: vt significetur quam alienus sit Deus à vindicta, ne quodammodo vltio in oblivionem abeat, ordinar Deus vt literis exaretur. Oleaster: Expende, ait, qualiter pius Pater se ostendit in nostra punitione obliuiscitur, vt libro sit opus ad memorandum.

Secundò. Hac de causa dissimulauit se iudicem esse in suis propriis iniuriis: ne calumniatores suos periretaceret, & ab opprobriis irrogandis retardaret: sed licentiosius eis permitteret, quaecumque vellent conuitia in se vnum vibrari: adeò illis audiendis delectabatur. Non quod ipsa contumelia, quae peccata erant, sed contumeliarum patientia eximiam illi afferret delectationem. Pro quo accipe Tertullian. lib. de patientia, cap. 3. Saginari, ait, voluptate parentie discissurus volebat. Sagina autem, non vno tantum, sed pluribus ferculis efficitur; non vnam tantum, sed

94. Multa modestia aliquando dat occasionem ad iniuriam. Num. 12. Abulca. Theoph. 95. Iou 5. Gregor. Iniuria subdito patienter sustinenda. Seneca. 96. Deut. 25. Exod. 17. Deum facile obliuiscitur iniuria. 97. Oleaster. Iesus opprobriis delectatur. Tertullian.

sed plures contumelias patientissimus Iesus summa cum voluptate excepit.

98. Dabit percipienti se maxillam, & saturabitur opprobriis, ponet in puluere os suum, Thren. 3. num. 30. Praelate D. Ambrosius expendens praefata verba ferm. 10. in Psalm. 118. Non dixit, ait, subibit opprobrium: facile est enim vnam, vel alteram contumeliam sustinere. Addidit, satiabitur opprobriis. Quo facilius Domini moueat misericordiam, opprobriorum complurium deformitate miserabilis. Non vnum opprobrium, sed multorum congeriem sustinuit Dominus, & tunc expende quod sequitur: Ponet in puluere os suum. Quae verba sic legit Ambrosius citato loco: Dabit in sepultura fossuram os suum. Et tunc sic pergit sanctus Doctor: Ostendit, ait, quandam supra modum patientia raciturnitatem, vt tanquam sepeliat os proprium, ne loquatur & velut quodam aggere virtutum obstruat, ne vocem doloris emitat. Tantis opprobriis circumdatus posuit os suum veluti sepulchrum, quod solum mortuum excipit; sic omnia illa conuitia, tanquam quid mortuum, quod non habet viuacem spiritum ad commouendum, excipit, obturans os suum pleno omnium virtutum aggere; tanta enim patientia inter tot opprobria, plenus est omnium virtutum cumulus.

Thren. 3. Ambros. Ambros. Patientia mira Iesus inter opprobria.

99. Dixerunt ergo Iudaei: Nunc cognouimus, quia demonium habes. Abraham mortuus est, & Propheta: & tu dicis: Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in aeternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est? & Prophetae mortui sunt. Quem te ipsum facis?

Iou 8. n. 52. Num. 53. Vatablus.

VERSIONES.

Syriacus. Nunc nouimus te demonium habere: & tu dicis, qui sermonem meum custodierit. Vatablus. Quem facis tu te ipsum.

EXPOSITIO VI.

99. Ixerunt ergo Iudaei, non discendi, sed contradicendi affectu. Nunc cognouimus. Caietan. sic explicat: Vide Iudaeorum furorem, ait, non solum à contumelia inchoant responsum, sed proprii honoris obliuiscuntur, manifestantes se temere haec dixisse, demonium habes. Tamen plenissime sic cum Euthymio, Lyrano, explicatur: haec tunc opinabamur, nunc verò certi sumus, te demonium habere, cum dicas: Si quis sermonem meum seruauerit, &c. Theophylact. Profecto aiunt, nunc cognouimus multis, & copiosis argumentis, quod demonis aetis haec dicas. Sequitur Textus: Quia demonium habes. Diabolus tibi suggerit, vt tam impia superbia, ac blasphemia loquaris, & dicas, cum promittas aeternam vitam, tuum sermonem obseruanti.

99. Caietan. Euthym. Lyran. Theophyl.

Syluicia in Euang. Tom. IV.

Abraham mortuus est. Saepè illum commemorant, tanquam de eius stirpe gloriantes. Et Prophe- ta. Qui frequenter, vt explicat D. Chrysof. D. August. D. Bonau. cum Deo loquebantur, eiusque mandata custodiebant. Theophyl. Et tu dicis quod qui tuum audierim sermonem, non morietur. Cum tamen scriptum sit: Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem? Psal. 88. n. 49. Iudaei autem tanquam carnales, vt inquit Albert. Magn. totum intelligebant de morte corporali, quod de spiri- tuali, & aeterna morte erat dictum. Et Abraham, ac Prophetae licet essent mortui corpore, non tamen quoad animam, sed resuscitandi erant cum Christo ad aeternam vitam. Sicque responsio Iudaeorum in omnibus futilis exitit.

Nunquid tu maior es? Consequens videbatur inferendum; si Abraham, & prophetae seruantes Dei verbum mortui sunt, & qui audiunt tuum verbum non moriuntur; ergo tu maior es Deo. D. Chrysof. Consequens erat, vt dicerent: Nunquid tu maior es Deo, aut qui te audiunt, maior es tu, quam Abraham? sed istud non dicunt, quandoquidem ipsum Abrahamo minorem esse arbitrantur. Similiter Euthym. Theophyl. vel dici potest, quod hoc non dixerunt, ne Iesum honorarent; si eum cum Deo compararent. Notat D. Chrysof. cit. loc. hom. 54. quòd Iudaei contumeliosè, ac superbè dicunt: Demonium habes, nunquid tu maior es patre nostro Abraham? at verò Samaritana cum audisset Christi verba promittentis aquam viuam, simplici affectu ait: Nunquid tu maior es patre nostro Iacob? Ioan. 4. n. 12. ait tunc Chrysof. Illa discendi cupida, ideo dubitauit, & debita cum modestia respondit, & Dominum appellat. Subditur: Quem te ipsum facis? id est, quem te iactas, te praesumis esse. Albertus Magn. Christus, ait, non se fecit magnum: sed Pater genuit eum magnum: & tempore formam hominis accipiens fecit se paruum. Ad Philippens. 2. num. 7. Semetipsum exinanit formam serui accipiens.

QUESTIO XVI.

Quare ingenti beneficio ex Christi ore audito blasphemè respondent Iudaei: demonium habes?

100. ROMISIT Dominus suum sermonem adimplenti vitam aeternam. Si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in aeternum, tunc tanto beneficio audito non gratulantur, sed in blasphemias prorumpunt. Demonium habes. Cuius rei rationem literalem dedi in expositione. Et est de mente D. Thomae. Hoc, ait, ideo dixerunt, quia notum erat apud Iudaeos, diabolum peccatorum esse inuentorem, & praecipue mendacium, quia autem videbatur eis, hoc quod Dominus dixit, esse mendacium, & contrarium Scripturae. Quis est homo, qui non videbit mortem? Ideo dicunt. Demonium habes, quasi dicant ex instinctu demonis, mendacium loqueris. Eandem rationem reddunt Lyranus, Carthusianus, & alij.

Respondet secundò Theophylactus: Demonio ipsum agi putant quòd aliena quaedam quasi mente captus diceret, Ioan. 10. num. 20. Dicebant autem, multi ex ipsis: Demonium habet, & insanit; quid eum auditis? Tertio. Toletus. Quia omnibus Prophetis, & Patribus antepone se videbatur Chri-

100. Chrysof. August. Bouaent. Theophyl. Psal. 88. Alb. Magn. 101. Chrysof. Euthym. Theophyl. Ioan. 4. Chrysof. Alb. Magn. Philipp. 2. 102. D. Thomas. Lyran. Carthuf. 103. Theoph. Ioan. 10. Tolet.